quantitatem Aquarum, quæ dicitur introducta in d. Flumen, et quæ vult extrahi, quia visitatio alias facta, et relatio Ingenieriorum electorum non citatis ipsis Utentibus, de quorum principaliter interesse agitur, non potest eis obesse, nec ad eorum præjuditium super hujusmodi relationibus potest aliquod fundamentum de jure fieri, cum dicantur res inter alios acta

Secundo; quia ad avertendas fraudes opportet aquas visitare, et mensurare diversis temporibus, nec velo ita levato super unica relatione unico tempore facta deveniendum est ad ordinationem adeo præjudicialem, et quod fraus subsit, quis non videt, quia asserti Ingenieri retulerunt ontias duodecim aquarum, opera et industria dicti Lonati dilabi in flumen Olonæ, et tamen si nunc visitentur ipsi fontes nullas fere Aquas producunt adeo quod quisque sani Judicii dixerit minorem etiam quantitatem eos fontes producturos fore tempore siccitatis, nempe Mensibus Junii, Julii, et Augusti

Considerare igitur habet Ill.mus D.: Dellegatus, cujus intentionem ipsi Comortes rectissimam esse arbitrantur ne fiat ei, et ipsis Utentibus impostura, quæ damno sit ipsis Utentibus, et dedecori Ill.mæ Dominationi, ad quam imposturam avertendam præmonent ipsi Utentes modum superinde observandum ut saltem his hæc visitatio, et mensuratio Aquarum fiat, nempè nunc Item, et Mense Julii quia

V. M. D. manibus palbabit minorem uno tempore quam altero Aquarum quantitatem intromitti præterea hac etiam forma spernenda non videtur in mensura Aquarum, ut præcludatur causes dictorum fontium Ingrediens in Flumen Blonz et Aqua Fluminis mensuretur per Ingenierium confidentem, citatis omnibus Interessatis in Loco, ubi dictus Lonatus intendit aquam extrahere, mox aperire Cavum, et post ingressum Aquarum iterum in eodem loco mensuram facere duobus tamen annis temporibus ut supra dictum est, et tunc omnis suspitio imposturæ et fraudis cessabit, nec ipsi Utentes aliquam controversiam facient =

Petunt itaque super præd.tis diligenter considerari, et indemnitati utriusque Partis provideri, providendo etiam quod præd.ti ingenieri nominati, saltem omnes in specie, per intimationem citationum, et non per proclama ad quemcumque Actum citentur, aliter ∫

Præfato autem Domino Lonato cum reservationibus et protestationibus, de quibus in Actis ∫ acceptante et non consentiente, et dicente de nullitate subscriptorum per præfatos Dominos Iussinum Mirabiliam, Mombellum, et Peronum, etiam illa adducta respectu aliorum prætensorum Utentium Aquis Blonz, quorum prætenso nomine ea proposuerunt, tanquam per personas illegitimas, et mandatum non adducentes, nec habentes nec prius, nec esse attendenda, tamquam quæ ad differendum tendunt expeditionem

nem negotii hujus ad favorem prefati Lonati
quae per biennium, et ultra differtur figmen-
tis adversariorum animadversiones enim, et
prefensi modi, seu venias descipuli, quae adducun-
tur per eos adversarios admittenda non sunt,
nec Littere Senatus Excellent.^mi^ id dis-
ponunt, sed tantum ut Ill. Montius advertat
quod in Aquarum introductione, et eductione
fraus aliqua non fiat, ad quod peroptime jam
animadvertit Ill. Montius, dum antequam
opus ceptum sit, visitari voluit Loca a qui-
bus aquae eripiendae erant, sed amplius tali
visitationi intervenire voluit Illustris ipse Mon-
tius, et sic quae dicuntur contra relationem
Ingenieriorum circa talem visitationem quod
ad eam citati non fuerint ipsi Utentes quate-
nus militarent quae tamen non militant ex
infra dicendis ab aula recedere haberent at-
tenta presentia Ill. ipsius delegati, quae om-
nem fraudem suspitionem tollit, sed et rela-
tio visitationis factae de introductione aqua-
rum, et earum quantitate ea omni nedum
fraude, sed fraudis suspitione omnimodo ca-
ret ad eam visitationem nempe accessit pre-
sentia Mag.^ci^ Magni Fiscalis. Item Magni-
fici tunc Commissarii super dicto Fluvio et de
Cancellarii, Item Campariorum. Item duorum
Ingenieriorum quos omnes intervenire voluit
Ill. delegatus nec ii presenti Utentes citandi
erant ii modi servati sint, qui ab Ill. dellegato

oppurtuni visi sunt, et cui tum ex mente Excellentissimi Locum Tenentis Regii, tum Senatus Excellentissimi onus hoc demandatum fuit, sed amplius demonstratum fuit de interesse Utentium non agi ex deductis in responsionibus, et contrareplicatis per Conatum coram Senatu Excellentmo, Et ita idem ordo amplissimus judicavit dum super Filatenis adversariorum voluit Partes uti debere juribus suis, et sic omnino non attentis iis quæ deducuntur ex adverso, jam tandem sententia notata, et pro bona habita expedienda est ad favorem Conati, cum expensarum condemnatione adversariorum de quibus, et nihilominus quatenus ita præfato Illustri Dno Delegato, etiam videatur, et quia adversarii asserunt ejus Conati Aquas non currere in dictum flumen, et saltem nisi in modica quantitate, et hoc falsum dignoscatur, et jam tandem finis imponatur dicunt contentari quod iterato dicta mensuratio ejus aquarum fiat per quemcumque Ingenierium Communis Mediolani qui ipsi Illustri Montio videbitur, quia neminem diffidentem habet non servatis tamen modelis ex adverso adductis, sed his qui ipsi Ingenierio videbuntur, et qui solent in similibus fieri, et quam primum relationem suam faciat, et ex expensis ipsorum adversariorum protestando, per se non stare, aliter, sal. vos.

Qui præfatus Illustris Montius Præfectus, et Delegatus

gatus, et repro, visis omnibus hinc inde adductis ellegit, et elligit Dominum Joannem Jacobum de Soldatis Ingenierium Communis Mediolani, et ex Confidentibus exhibitis præfato Ill.mo Delegato per præfatos Utentes Aquis Olonæ, qui Mense proximè Junii, vel alio tempore opportuno, prout ei Ingenierio videbitur accedat ad d.o Loca ex quibus aquæ introductæ fuerunt in dictum Flumen Olonæ per præfatum Lonatum illasque, et earum quantitatem adhibitis illis modis qui soliti sunt in similibus ab Ingenieriis adhiberi, mensuret, et demum omnia referat præfato Illustri Dellegato, et hæc omnia sine præjuditio in reliquis jurium præfati Lonati ——

Signatus = Montius ——

Præsente præfato Domino Lonato acceptante, nec non et præsentibus præfatis Dominis Carolo Mirabilia, et Christophoro Junio, nec non et Bernardo Mombello suis, et nominibus aliorum Consortum suorum acceptantibus &. ——

Subscriptus. Joannes Baptista Biffus Notarius publicus Mediolani, et Cancellarius præfati Illustris Domini Montii subscripsit, et in Actis est ——

Sic adservatur in Regio Cameralium Fiscalium ac Feudalium Rerum Tabulario penès Gubernium Generale Longobardiæ Austriacæ Mlni VIII. Aprilis MDCCLXXXIII = Subscriptus.

Bartholomeus Zambrunico Reg.^a Secretis, et Praefectus

In Calce = Exam. Antonius Novino Reg.^s Cond.^r

Quam copiam auth.^cam michi exhibito, mox exhibenti restituta praesentem Copiam fideliter concordare attestor

Ego H. Fran.^cus Cajmetti de Coll.^o Mlñi Notarius